Diözese Passau / Salzburg,

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



syrie erat vir magnus apud dnm suum & honoratus per
illum eum dedit dns salutem syrie. Erat autem vir fortis &
dives: sed leprosus. Porro de syria egressi fuerant latro
nes: & captiuam duxerant de terra israhel puellam paruulam
que erat in obsequio vxoris naaman. Quexit ad dnam
suam. Vtinam fuisset dns meus ad phetam qui est in samaria.
Profecto curasset eum a lepra qua lit. Fugiens est
itaq; naaman ad dnm suum & nunciauit ei dicens.
Sic & sic locuta est puella de terra israhel. Dixitq; ei
rex syrie. Vade & mittam litteras ad regem israhel.
Qui cum profectus esset & tulisset secum decem talenta ar
genti. & sex milia aureos. & decem mutatoria vestimentorum
dedit litteras ad regem israhel in hec verba. Cum acepis
epl'am hanc: scito quod miserim ad te naaman seruum
meum ut cures eum a lepra sua. Cumq; legisset rex is
rahel litteras: scidit vestimenta sua & ait. Numquid
deus ego sum. ut occidere possim & viuificare. quia iste
misit ad me. ut curem hominem a lepra sua. Num ad
uerte & videte: quod occasiones querit adversum me. Qd
cum audisset helyseus vir dei. scidisse videlicet regem israel
vestimenta sua: misit ad eum dicens. Cur scidisti vest
timenta tua: Veniat ad me: & sciat phetam esse in israel.
Venit ergo naaman cum equis & curribus: & stetit ad
hostium domus helyset. Misitq; ei ad eum helyseus
nuncium dicens. Vade & lauare septies in iordane: & red
det sanitatem carni tue atq; mundabis. Iratus na
aman: recedebat dicens. Putabam quod egrederet
ad me: Et stans in vocaret nomen dni dei sui. & tangeret
manu sua locum lepre & curaret me. Numquid non